Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

AD HEBREOS

nos qui de celis loquentem nob auer
timus. cuius uox mouit tram tunc
nunc autem repromittit dicens. Adhuc
semel. et ego mouebo non solum tram
sed etiam celum. Quod autem semel
adhuc dicit declarat mobilium tran
slationem tanquam factorum ut maneat
ea que sunt immobilia. Itaque regnum
immobile suscipientes habeamus gra
tiam per quam seruiamus placentes
deo cum metu et reuerentia. Et enim
deus noster ignis consumens est.
Caritas fraternitatis maneat in
nobis. et hospitalitatem nolite ob
liuisci. Per hanc enim quidam placue
runt deo. angelis hospitio receptis.
Memento uinctorum tanquam
simul uincti. et laborantium tanquam
et ipsi in corpore morantes. Honora
bile connubium in omnibus et thoris
immaculatis. fornicatores enim et ad
adulteros iudicabit deus. Sit mo
res sine auaritia. contenti presentibus
Ipse enim dixit. Non te deseram nec de
liquam. ita ut confidenter dicamus
Dominus michi adiutor est. et non
timebo quid faciat michi homo. Me
mento ceprepositorum uestrorum qui
uobis locuti sunt uerbum dei quorum
intuentes exitum conuersationis im
itamini fidem. Ihesus cristus. ipse he
ri et hodie est. et perpetuus in secu
la. Doctrinis uariis et peregrinis
nolite abduci. Optimum est enim gra
tia stabilire cor. et non escis que non profue
runt ambulantibus in eis. Habemus
altare de quo edere non habent potestatem
qui tabernaculo deseruiunt. Quorum
enim animalium inferitur sanguis p
pecato in sancta per pontificem. ho
rum corpora cremantur extra castra
propter quod et ihesus ut sanctificaret
per suum sanguinem populum extra
portam passus est. Exeamus ergo
ad eum extra castra. improperium
eius portantes. non enim habemus hic ma
nentem ciuitatem. sed futuram in
quirimus. Per ipsum ergo offeramus hos
tiam laudis semper deo. id est fructum
labiorum confitentium nomini eius
Beneficentie autem et communicationis nolite
obliuisci. Talibus enim hostiis mere
tur deus. Obedite prepositis uestris
et subiacete eis. Ipsi enim pernoctant
quasi rationem pro animabus uestris red
dituri. ut cum gaudio hoc faciant
et non gementes. hoc enim non expedit
nobis. orate pro nobis. Confidimus
enim quia bonam conscientiam habemus
in omnibus bene uolentes conuersari
Amplius autem deprecor uos hoc facere
quo celerius restituar uobis. Deus
autem pacis qui eduxit de mortuis pas
torem magnum ouium in sanguine
testamenti eterni dominum nostrum ihesum
christum aptet uos in omni bono. ut
faciatis uoluntatem eius. ipse faciat
in uobis quod placeat coram se per
ihesum cristum. Cui est gloria in se
cula seculorum amen. Rogo autem
uos fratres. ut sufferatis uerbum so
lacii. Et enim per paucos scripsi uo
bis. Cognoscite fratrem nostrum
timotheum dimissum cum quo si